

pressam admissionem valuerant. Ita factum ut, qui sub ipso et utroque Christiano, Sax. Elect. rei iudicariae formam cautus et doctus fuerat observator **HARTMANNUS PISTORIS** ^{v)}, filius **SIMONIS PISTORIS**, quem uti inter doctissimos ita inter sapientissimos et felicissimos omnium temporum homines optimo iure numerandum credimus, componendam sumferit sibi privato studio novam rei iudicariae formam, quam ex schedis eius defumtam XXI annis post eius obitum, lege publica, ab Electore Joanne Georgio I ingenti merito propositam esse scimus ^{x).}

§. 6.

v) Vide de utroque praeter JOECHERUM in Lexico RIVINUM in Praefat. ad Enunciat. Juris, ALBINUM in der Meissnischen Land-Chronik, S. 353. flg. et ADAMI Vitas ICtorr. qui ALBINUM fecutus est. **HARTMANNUS PISTORIS**, Dominus Sufelitii et Hirschstein qui Augusto et Christianis a Confiliis intimis et provocationum, fuerat, diem obiit aocicoci. Cal. Mart. nomenque Papiniani Saxonici, quod recentiores magnum nostratum Jo. HENR. DE BERGER ornare, suo tempore meruit.

x) Historiam huius legis exposuit breviter HOMMEL in Literatura Juris p. 165. seqq. ed. 1761. plura dat WABSTIUS in libro nobilissimo: *Historische Nachricht von des Churfürstenthums Sachsen — Verfassung der — Justiz*, Leipzig, 1752. p. 50. 51.